UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Euuricio episcopo. Cap[itulum]. xlviij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

bato reſurrectionis: omnes etiam infantuli ie-
iunarent: ⁊ gregorius amariſſime fleret: ꝙ ieiu
nare non poſſet: rogauit ſecreto eleutherium
abbatem: quatenus ſua oratione a domino ei
tantam virtutem impetraret: ꝙ ipſe ieiunare
poſſet. Quod et factum eſt. Uir enī domini in
orationem ſe poſuit: tantamqꝫ ſubito virtutem
gregorij ſtomachus accepit: vt tante ſe fortitu-
dinis ad veſperum ſentiret: ꝙ ſi voluiſſet etiam
vſqꝫ ad diem ſequentem ieiunium transferre
potuiſſet. Ipſe autem vir ſanctus in eodē mo-
naſterio inter brachia gregorij ſpiritū feliciter
emiſit octauo idus ſeptembris. Hec ipſe grego
rius tertio dialogoꝝ capitulo trigeſimotertio.

¶ De ſancto Johanne martyre. Cap. xlvi.

Johannes martyr apud nicomediam paſſus
eſt ſub diocletiano ⁊ maxi-
miano imperatoribus. Hic ex
nobilibus parentibus ortus
honori ⁊ dignitate ſeculi illu-
ſtris: nimio calore fidei igni-
tus: vt vidit aduerſus ſeruos dei in foro crude
lia edicta pendere: publice ſpectante populo:
librum inique legis in quo aduerſus chriſtia-
nos decreta inſcripta erant: iniecta manu de-
traxit atqꝫ deſcripſit. Cunqꝫ hoc relatum eſſet
diocletiano auguſto in eadem vrbe conſtituto:
nimia in eum continuo crudelitate deſeuiens:
omnia ſuppliciorum genera iuſſit expendi in
eum. Qui vir nobiliſſimus tanta alacritate vul
tus ac ſpiritus ea pertulit: vt nec quidē triſtis
pro his videri potuiſſet. Et cum viſcera in ſup-
plicijs defeciſſentꝰ: ſpiritus letabatur in celo.
Ita vt ipſe potiꝰ tormēta vincēs ꝙ ab eis victꝰ
aiam celo redderet glorioſam. vij. id. ſeptem-
bris: vt habet. viij. eccleſiaſtice hyſtorie libro.

¶ De ſancta Regina virgine et
martyre. Cap. xlvij.

Regina virgo paſſa
eſt apud aliſiam ciuitatem ſub
olybrio prefecto. Que fuit fi-
lia clementis cuiuſdam genti-
lis de aliſia ciuitate. Et cum
eſſet annoꝝ. xv. ignorante pre
latenter in chriſtum credidit: ⁊ baptiſmum ſu-
ſcepit: atqꝫ virginitatem ſuam domino conſe-
crauit. Dum autē olybrius prefectus tranſiret
de aliſia in maſſiliā ciuitatem vidēs puellam:
et allectus eius pulchritudine ipſam ſibi pre-
ſentari fecit. Quam cum interrogatā chriſtia-
nam cognouiſſet: in carcerem miſit vſqꝫ ad re-
ditum ſuum. Reuerſus autem ad ciuitatem
aliſiā: poſt immolationes dijs ſuis factas puel

lam adductam ⁊ ſacrificare nolentem: iuſſit in
equuleo leuari: et virgis diutius cedi: et poſt
hec vngulis lacerari. Ita vt tam ipſe ꝙ aſtan-
tes horrentes ſanguinem virginis defluentē
facies operirent. Que cum omnia ſuperaſſet:
iterum carceri traditur: ſed cruce aurea ad ce-
lum vſqꝫ pertingente atqꝫ colūba celeſti ſuper
crucem ſtante: atqꝫ ad eam aduolante reficitur
⁊ confortatur. Iterū quoqꝫ poſt duos dies edu
citur: ⁊ iterato ſuſpenditur: ac candentibus la
minis inflammatur. Deinde manibus ac pedi-
bus vincta: in vaſe aque frigide demergitur: vt
ex penarum contrarietate durius torqueretur.
Statimqꝫ terremotu facto: vincula eius dirupta
ſunt. Et columba prior de celo deſcēdens: coro
nam gemmatā capiti eius impoſuit voxqꝫ diui
nitus lapſa: eam ad celeſtia inuitauit. Quo viſo
miraculo. cccccccl. gentiles conuerſi ſunt. No-
uiſſime autem prefectus ipſam decollari fecit.
Cuius animam cunctis videntibus ad celos
angeli portauerunt. Sepultaqꝫ eſt aliſie. vij.
idus ſeptembris.

¶ De ſancto Euuricio epiſcopo. Cap. xlviij.

Euurciꝰ
aurelianenſis
epūs floruit tē
pore conſtan-
tini. Hic ec-
cleſie romane
ſubdiaconus fuit. Cum autē
apd aurelianū poſt obitū ſan-
cti deuiſiani epi de ſucceſſore
ageretur: et ſm carnalē ele-
ctionē duo ſub contentione electi fuiſſent: ſedi
tioqꝫ vſqꝫ ad ſanguinis effuſionem orta eſſet.
Miſſus eſt porphyrius prefectus ad ſeditionē
ſedandā. Ipſe autē epiſcopos gallie conuoca
uit ad diuinū auxiliū implorandū: quibus cum
clero ⁊ populo triduo ieiunantibꝰ ⁊ orantibus.
Euurcius ad duos fratres ſuos captiuos re-
quirendos veniēs ad galliā: aurelianū ingreſ-
ſus ⁊ apud quendā ciuē eſt hoſpitatꝰ: a quo cū
de diſceſſiōe didiciſſet: mane ad eccleſiā ex cha
ritate cū ceteris oraturꝰ venit: ⁊ iuxta ianuā in
cognitus ſtetit. Cunctis autē proſtratis colū-
ba niuea de celo volitans: per feneſtrā ingreſſa
ſingulos circuiens: ⁊ quaſi dignū explorans ſu
per caput euurcij reſedit: ſed ab eo quaſi eiecta
ad celos euolauit. Quod miraculum cuncti ſtu
pentes: ſed adhuc de perſona dubitans; eo ꝙ
aliqui: ſuper quē inſederat dubitabant. Euur-
ciū inter epōs ducunt: ⁊ iterū ad deum orauē-
runt: ſecundo miraculo plenius edoceri. Rur-
ſus igitur columba deſcendit: ianuāqꝫ petens
euurcium non inuenit: cunctoſqꝫ per circuitum
eccleſie luſtrans ſuper caput eius tandē ſecun-
do reſedit. Sicqꝫ ipm oēs in epiſcopuꝫ elege-
runt. ¶ Uerū dimidie anniuerſarij ſui ciuitas

caſu igne accenſa eſſet: oratione ſua mox ignē
cōpeſcuit eccleſiā q̄ꝫ iam ſemiuſtā ampliorē re
parari mandauit. Cunctis autē ciuibus fabri-
ce ſponte contribuētibus dū ad fundamēta lo-
canda fodiſſent: ollam auro plenā inuenerunt
quā ſanctus vti reipublice pertinentē ad im-
peratorē miſit. Ipſe aūt miraculū audiens non
ſolū theſaurū repertū remiſit: ſed tantūdem de
ſuo publicauit ꝓ fabrica eccl'ie inſigniꝰ operā-
da. Inſuper ⁊ ſeptē calices aureos eidē dona-
uit. ¶ Eodē autē tēpore dum ep̄s sueſſionis ad
corpa martyrū criſpini ⁊ criſpiniani oraret: vi-
dit peregrinos quoſdam quos qui eſſent inter
rogans: a duobus ex eis audiuit: ꝙ eſſent ger-
mani cuiuſdā euurcij eccleſie romane ſubdia-
coni: qui ab hoſtibus capti ⁊ vidue cuiuſdā ven
diti: dudū in ſeruitute detēti: ad ipſam vrbē pro
agendis dn̄e ſue fuerāt miſſi. Qd̄ ep̄s audiēs
predicta euurcio denunciauit. Illeq̄ꝫ miſſo pre
cio pro eorū redēptione fratres reperīt quos
liberatos duplicato gaudio aureliani ſuſce-
pit. Eccleſia aūt edificata eſt tribꝰ annis ⁊. iij.
nō. maij dedicata: multis ibidē cōditis reli-
quijs ex diuerſis ptibꝰ recollectis. Dū aūt ipſe
primꝰ in altari dedicato celebraret viſa ē ab ar-
deuo eius ſubdiacono ⁊ alijs duobꝰ: manus ce
leſtis in hora cōſecrationis oblatā benedicen-
tis: quo miraculo. vij. milia paganorū conuerſi
ſunt. Euurcius ṗo obitū ſuū ciuibus prenun-
ciauit: eoſq̄ꝫ vt abbatē anianū ſibi ſucceſſorem
eligerent confortauit. Cum autem ipſe egrota
ret: ⁊ de eligendo paſtore etiā iā diſcordia orta
foret: ⁊ euurcius triū illorū nomina pro quibꝰ
ſeditio imminebat in cedulis ſub altari poni
feciſſet: miſſoq̄ꝫ puero mane: qui vnā ex illis di
uino nutu tolleret: vt per hoc a deo eligendū di
ſcerent: puer priuſq̄ꝫ cedulaꝫ acciperet: anianū
ep̄m acclamauit. Sicq̄ꝫ euurciꝰ. vij. idus ſeptē-
bris in chriſto quieuit: ⁊ prout ei a deo reuela-
tum fuerat anianus eidem ſucceſſit.

¶ De ſctō Dunſtano ep̄o ⁊ cōfeſſo. Cap. xlix.

DUnſtanꝰ
archiepus can-
tuarien̄. floruit
tpe eldeſtani re
gis: q̄ ex anglie
partibus parentibus genere
⁊ fide nobilibus. Cuꝫ adhuc
infans ad eccleſiā dei genitri
cis cū oblationibus delatus
eſſet: illis in oratione pernoctātibus: apparuit
vir etherei vultus: dicēs locū illū ſublimandū
puerum ibi deo relinquendū: ipſumq̄ꝫ per ſecula
beatū predicandū. pſt hec cū puer grauiter lan
gueret repente noctis medio celitus ſanatꝰ ex
domo procedit. quibuſdā cū inſequētibus ⁊ ob
ſeruantibus eccleſiā adit; mediaq̄ꝫ via canes la
trantes eiq̄ꝫ iter impedientes: dum quoddā ſi-
mulacrū obſiſtens virga percuſſit: ipm conſtrin
gens in fruſtra canes effugauit. Veniēs aūt ad
eccleſiā ianuas clauſas inuenit: ſcalā qua tectū
reſartientes aſcendebant conſcēdit: ⁊ ab alia
parte intra eccleſiā qua nullus deſcenſus erat:
angelicis manibus euectus deſcēdit: vbi aper
ta ianua in eccleſia dormire repertus eſt lumie
celeſti perfuſus. ¶ Puerilibus igiť annis deo
ſeruiens varijs artibus exercitatus muſicis ſo
nis inſtuduit. Factuſq̄ꝫ iuuenis ab atelio ep̄o
cantuarien̄. regi eldeſtano cōmendatus in pa-
latio manſit vbi obtento a rege iudicis officio
in oībus ſtrenue ſe habebat: nunc iuſticie red-
dende: nunc orationibus vacās. ¶ Rogatus a
quadā matrona dū ſtolā ſacerdotalē pingeret
aurifactorio opere figurandā: cithara eius pa-
rieti appenſa ſine alicuius mouētis impulſu ꝑ
ſeipam ſonare cepit: ⁊ antiphonā Gaudent in
celis aīe ſanctoꝝ. in ꝓprio tono decātare. ¶ Dū
aūt ab emulis apud regē de quibuſdā cauſare
tur curiā deſeruit: ⁊ cognatū ſuū elphegū ep̄m
ventanū adijt: a quo dudū pulſatꝰ vt monachꝰ
fieret: diuq̄ꝫ reſiſtēs. Poſtea febre correptꝰ de
mum conualuit: ſubitoq̄ꝫ mutatus ⁊ monachus
effectus: deinde preſbyter cōſecratus in eccle-
ſia dei genitricis manſit: apud quā cellā vel po
tius antrum edificauit. Nam in tugurio quinq̄ꝫ
pedū longitudinis ⁊ duorū pedū cū dimidio la
titudinis ſe incluſit: in quo dudū cōtēplationi
vacauit: multaq̄ꝫ diaboli tētamēta ſuperauit.
¶ Cū die quadā demō ei in ſpecie puelle appa
ruiſſet: ad cuiꝰ preces dūſtanus q̄d fabrile face
ret: demonq̄ꝫ ei operāti quedā luxurie verba ꝓ
poneret: vt eiꝰ ꝓpoſitū inquinaret: ipſe tenacu-
la ignita diabolū in faciē percuſſit: q̄ mox vlu-
lando euanuit. Succedente ṗo eadmūdo regi
eldeſtano: dunſtanꝰ accepta poteſtate cepit ec-
cleſiā ⁊ cenobiū conſtruere ſm̄ exemplar quod
ei angelus demōſtrauerat in viſione: vbi cōgre
gationē inſtituit mōachorū ſpiritū ꝓphetie in
multis habere viſus eſt. Nā ⁊ mortē regis ead-
mundi. vij. diebus ante p̄dixit: ⁊ vt p̄dixerat ſic
euenit. Cuiꝰ ſucceſſor edredus dūſtanū ad epi
ſcopatū ventanū ꝓmoueri ſuadebat: ſꝫ ille om-
nino renuebat. Nocte ṗo quadā eidē apparue-
rūt ſancti apl'i petrus ⁊ paulus ⁊ andreas: eū
admonētes ne epiſcopari vlterius contēneret:
ſed dei ſe voluntati ſubijceret: prediꝫeruntq̄ꝫ
ei ꝙ poſt mortē dicti regis non ventanen̄. eccle
ſie ep̄us: ſed cantuarien̄. archiepiſcopus futu-
rus eſſet. Quod ⁊ factum eſt. Mortuo enim e-
dredo rege et ſuccedente ei edgaro: de manda
to ipſius dunſtanus archiepiſcopus cantuarie
eſt electus. Cuius eccleſie regimini adeo lau-
dabiliter prefuit: ꝙ cunctis populis admirabi
lis reuerentie fuit. ¶ Cum autē clericorū quo-
rundā mores ⁊ actus reformaret: ⁊ quoſdā re-
belles beneficijs ſpoliaſſet: ad eorū ſuggeſtio-